

probationis non requiratur, sed sufficiat, si tale crimen per indicia quodammodo probari queat. Neque enim alia delicti probatio requirienda est, quam quae haberi poterit. Inde si quis deprehensus fuit prope equum, vaccam, vel asinam, vel aliud aliquod animal solutis caligis, & sublato inducio, vel aliis preparatoriis ad delictum perpetrandum adhiberi solitus, cum arbitrio Judicis relinqvitur, quantumoper reus sit gravatus, & quam pœnam sustinere is debeat. Vide Carpz. par. 2. qv. 76. n. 50. & seqq. fol. 214. (2) Cessat quoque pena ignis in eo, qui quidem conatus est sodomitiam exercere, sed illud delictum non perduxit ad effectum. Inde considerandum est, an delinquens perveniret ad actum proximum: vel ad actum remotiorem. Priore casu quidem supplicium ignis non decernitur, pena tamen mortis, v. gr. gladii invenit locum. Posteriore casu ejusmodi homo fustigatione & relegatione puniendus est. Vide Theodor. c. 6. aphor. 5. n. 30. p. 850. Crimin. Carpz. d. qv. 76. n. 57. & seqq. p. 215. Pr. Crimin. Francisc. Vivius lib. 2: Opin. 726. per tot. fol. 223. & seqq.

## ARTIC. CXVII.

*Pœna incestus.*

## Straff der Unkeuschheit mit nahen gesüpten Freunden.

**S**einer Unkeuschheit mit seiner Stieffochter / mit seines Sohns Ehe-  
weib / oder mit seiner Stieffmutter treibt / in solchen / und noch näheren  
Geschäften soll die Straff / wie davon von unsren Vorfahren / und un-  
sern Kaiserlichen geschrieben Rechten gesetzt / gebraucht / und derhalb bey  
der Rechts-verständigen Raths gepflogen werden.

AD ARTIC. CXVII.

## ARGUMENTUM.

*Qui incestum vel cum personis cognatis. vel cum affinibus committit, juxta Constitutiones Cesareas, sed præviò Prudentum consilio, puniendus est.*

## EXEGESIS.

**V**idendum est, quid significet vocabulum *Incestus*, scilicet idem, ac minime castum congressum, in quo castitatis cingulum deest, quo Venus nisi credetur ad honestas nuptias & adornandam sponsam, quae cum cesto seu veneris cingulo, observatis conjugii legibus, jungebatur